nitatibus vel specialibus personis de novo celsitudo nostra concesserit, ita quod occasione ~~immunitatum~~ ipsarum infra tempus dicte[x] cabelle secrecie predicte ~~predicte~~ iura a)5), que eis concessa fuerunt,[x] pro presenti anno V. indictionis, minorari contingeret, duas partes de hiis, in quibus iura ipsa dampnificata fuisse constiterit, eis curia nostra excomputari mandaret, reliqua tercia parte, ut moris est, nostre curie relaxata.

[4.] et promisimus eciam eis, quod pro illis redditibus et proventibus domorum vinearum iardinorum olivetorum et possessionum curie nostre et pro decimis vini et olei curie nostre debitis, quos et quas predictos secretos eiusdem anni V. indictionis habuisse et percepisse constaret, cum aliis iuribus secrecie predicte iuxta tenorem predicti pacti facti inde eis sub sigillo capitanie fieret eis excomputum de illa videlicet quantitate, pro qua proventus et redditus huiusmodi domorum vinearum iardinorum olivetorum et possessionum aliarum curie et decimarum vini et olei, que predictis secretis predicti anni V. indictionis cum secrecia predicta locate et concesse fuerunt iuxta tenorem pacti predicti eis facti sub sigillo capitanie, plene et sufficienter constaret per ydonea et legitima documenta omni suspicione carencia pro toto predicto anno V. indictionis in extalium per eosdem olim secretos fuisse concessos, vel de illa quantitate, quam eodem anno V. indictionis per inquisicionem, quam inde per vicarium nostrum Sicilie diligenter et caute | fieri excellencia nostra faceret, de pro- |

a) ~~Reg. sehr entstellt, etwa~~ ~~predicte~~ iura (~~pro~~)
5) Fehler im Reg. (~~vielleicht verlesen aus~~)